Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

quibus ab invitatoribus fuerat honoratus. sic omnia in capitulo fratribus presen
tavit. memorans huius eos a baronibus et fidelibus visitatos. quibus
deberet orationibus et servitiis. fideliter et infatigabiliter respondere.
Erat vero tot et tanta que frequenter afferebat. quod ex eis
multum emolumenti. singulis obedienciis conferebat. In quorum
presentatione ut divisione. sive quascumque largicionum recordari
oportunitas monebat. mirum dictu. ita auctorum nomina. quanti
tateque cuncta memorabat. ac si coram se forent universa conscrip
ta. Porro pauperum inter hec minime obliviscebatur. sua illis
parte clementer excipiens. sibi in futuro centupliciter
multiplicandum.

Quadam die dum iter ageret. obviaverunt ei multi peregrini.
Omnes nudis pedibus incedentes. quinquaginta in mensis universa
replerentur. quibus cum singillatim dare nummos iussisset.
et eos divine protectioni cum magna dulcedine commendasset.
una ex illis. tanta motus pietate. manum debilem multis diebus
prorsus inutilem ei obtulit benedicendam. spem sibi magnam
recipiende salutis. si eius attactibus satis fuisset attrectata. Cui
sanctus. utinam mulier bone ubi tibi utile esset. quam libenter facerem
quod petis. accipiensque manum illius. benedicere et tractare beni
gnissime cepit. extemploque sanata est. cunctis qui aderant causa
admirationis et exultationis effecta.

Miles quidam nomine Tiemo de Hovenstein. filiam demone vex
ante. cunctis lamentabilem propinquis habebat. Hanc cum multis
liberare conaretur. sed minime valeret. dicente demone. nullam
sibi de eis curam esse. preter Berchtoldum de Gärsten plus omnibus vale
re. sed nisi veniret. locum suum propter nullum deserere. Veni
re eo vir sanctus. patre diligenter suppliciterque invitante. dig
natus est. Propinquo eo cum misisset. cepit illa pater fraude imperare
dicens. infideliter erga me egisti. quod pro illo. qui mihi non placet
misisti. et alia similia exprobrans. timorem quem de adven
tu sancti habebat. celare non potuit. Veniens igitur malignum ab
ea spiritum. sine dilacione eiciens. gaudium quidem magnum paren
tibus illius et cunctis fecit. sibimet vero. tantis miraculorum vir
tutibus causa operatus est benedicibilis memorie. et perpetue venera
tionis. iuxta quod scriptum est. Dilectus deo et hominibus cuius memoria
in benedictione est. Que vero quam apte. immo quam specialiter
huic beato viro conveniat. non est necesse scribendo comprobare.
cum profecto tota id patria clamet. omnis circumposite regionis fre
quentia. assiduis accursibus. apud eius sepulchrum solet de
clarare. Sic enim vivens in corpore. frequentabatur ab omnibus. in vi